

Sigismundus Primus Rex Poloniae
 Elisabetha Reginae Poloniae Vir-
 gini Sorori suae —

Illm^a Princeps, et Domina
 Germana nostra Charissima —
 Bene fecit Vestra Illm^a Dominatio, quod
 Domicillium mutaverit post subitam mortem
 duarum suarum Virginum, timenda est enim
 semper infectio, et vitanda, quae corpora mor-
 talium alterare, et in multa Discrimina ple-
 rumque adducere solet. Nos adhuc expecta-
 mus hic Caesarem, sub hac tamen tam diu-
 turna expectatione, non sumus hic otiosi, sed
 hoc agimus, ut in rebus Fraternalibus, ac li-
 berorum ipsius, tum et huius Regni Debitum
 ordinem constituamus. Et quia aliquantulum
 diutius, nos hic, adhuc manere oportet, roga-
 mus plurimum Vestram Illrtem, admonere ve-
 lit frequenter Reginalem Matrem, ut hanc no-
 stram tam diuturnam hic moram, ferat equo
 animo, nos autem cumprimis poterimus, reditum
 istuc nostrum maturare curabimus. — Vestra Illm^a
 Dominatione, feliciter valere optamus — D^o Bosonij —

... ..
... ..
... ..

... ..
... ..

... ..
... ..

... ..
... ..

... ..
... ..

... ..